

www.e-rara.ch

**Gratulationes scriptae in honorem Christophori Rössleri
Francosteinensis Silesii**

Stratomene, Amabile

Basileae, anno 1592

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-8204>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

GRATVLATIONES
SCRIPTAEIn honorem CHRISTOPHO-
RI Rössleri Francosteinen-
sis Silesii,*Cum insignia & priuilegia summi in
arte Medica gradus consequere-
tur Basilea,*

XII. Decembris.

BASILEÆ,
Typis Leonhardi Ostenij, Anno
MD. CII. XCII.Universitätsbibliothek
Basel



AL MOLTO MAG^{co}. ET
Eccellentiss^o. Sig^{or} Christofano Röss-
lero Silesio, Filosofo & Medico pra-
stantiss^o. suo quanto fratello
chariss^o. amico

S O N N E T T O

D' Amabile Stratomene.

STa notte mi sognaua con dolcezza,
Come in l'adorna Helicone, le noue
Libetrìde donzelle, con vagezza.
Di Spirti sublimi cantauan' proue:
Et che Melpomene pari di bellezza
Al l'altre Muse, le bianche mani moue,
Per far corone di subitá prestezza,
Ad alti ingegni fauoriti di Gione.
Destato quando fui, in vaga altezza
Corcato vidi con inségne nuoue
Un cor' gentil' che le voluptá sprezza:
Et notte & giorno nelle virtù promoue,
RÖSLERO é il nom', ch' in sin' longa vecchiezza,
Prosperi' quel, che fa caskare pìoue.





GRATVLATIO

PETRI FRIDERI MINDANI,

I. V. D.

O Asclepiadæ Machaonisq;
Et felix Epidaurij propago:
Proles ingeniosa & erudita:
Naturæ specimen sagacioris:
Cui Pytho dedit ubera, & mamillis
Infudit teneros loquelæ amores,
Et morum veneres decentiores,
Viresque ingenij potentiores:
Röslere, ô patriæ decus, tuorum
Lumen nobile, quid morare ad alta
Natus, sumere debitos honores,
Nunc offert Basilea quos merenti:
Quos totum unanimi tibi Lycæum
Acclamans rogatore, dum Syrenum
Cantu, flexanimi magis loquelâ
Absconsa eruis, & stupenda rerum
Tot miracula, quæ sagax profundo
Et clauso Physice tegit recessu.
Morborum genera, & viam, & medelas
Si quisquam cupiat benè edoceri,
Vel quassæ reparare sanitatis
Vires, te artificem petat magistrum:

A ij

Et

Et te consulat: improbæ & timendæ
Statimq; aufugient febres, secanda
Morborumq; cadet seges vel herba.

Hinc te promerito gradu STVPANVS
Dignè condecorat, iubetq; partæ
Acceptes titulum eruditionis,
Virtutum, atq; scientiæ supremum.

Is qui cuncta regit, tuos benigno
Ditet, promoveat, favore honores.
Te conservet, & utiles labores
Multis esse velit tuos, sibiq;
Gratos: Nestoriam inde agasq; vitam.

A L I A,
CAROLI GREUSERI VRATIS-
lauienfis.

VIdit ut ingenium Rössleri Phœbus acutum,
Doctōris dixit contribuendus honor.
Et morbis miscere, dedit, medicamina, & omnem
Addidit ornatum, quo Medicina nitet.
Divino hoc titulo salve: & medicamina misce,
unde salus ægris, laus fluat unde tibi.

A L I A.

Quam benè conveniunt præsentia tēpora rebus,
Augmenti lucis, laudis & una dies.
Hinc veluti cessant properantis tædia Solis,
Dum novus, ad vitæ commoda, cursus adest.

Tædia

Tædia præteriti sic cessant multa laboris,
Dum novus, ad vitæ commoda, fertur honor.
Hoc precor ex animo, penitus dein tædia cessent,
Et novus, ad vitæ commoda, ducat honor.

A L I A.

AN laudem, an votū præstem, tibi flore revincto
Pæonio? an medicum poscit utrumq; decus?
Sed satis in meritis loquitur vox publica laudes,
Doctrinamq; refert, ingeniumq; canit.
Votum ergo superest: crescentem, imitentur honores,
Lucem: quod voti est summa, caputq; mei.

A L I A,

GEORGII IENISCHII NEURODENSIS.

VNDiq; tristis hyems rapidis Aquilonibus agros
dum ferit, aggeribus niveisq; obducitur omnis
campus, & in stabulis armentum ruminat arens
cordum, nunc pratis quia gramina nulla super sunt:
Dum flores hortis, nulla nec in arbore frondes
apparent, gelidi spirant dum frigora Cauri:
Omnia dum canis sunt circumfusa pruinis:
nunc, ô Phæbei lumen, RÖSSLERE, Lycæi
ecce tibi nymphæ candentia lilia plenis
apportant calathis, variorum & munera florum,
pallentes violas & purpureum narcissum,
serpillum, casiam ac florem benè olentis anethi.

*Præstò & sunt nardus, verbascum & primula veris,
iridis & species alijs fragrantibus herbis
permixtæ multis. Hygiæ pater ac Panacæ
ipse tibi sacro præcingit tempora lauro,
tempora iam dudum tali quæ munere digna.
Testis enim gnavi, gravis est, præclara laboris
Vuttembergæ tui, quam spumifer alluit Albis.
Ingenium solers docti mirantur ATHENIS
HELVETIIS, RÖSSLERE tuū, quas dividit ausu
audaci torquens flavescentes Rhænus arenas.
Sed quoniam laudes nunc te persolvere dignas
non opis est nostræ: hæc alijs memoranda relinquo.
Sæua tamen veluti nil obstant tempora Brumæ
quin possint vario prout de flore parari (TOLLET
serta tibi: haud aliter VIRTUS TUA DEBITA
PRAEMIA QVOQUE LOCO. Votis asspiret
(IESVS.*

A L I A,

IACOBI CARGILLI SCOTI.

*V*irtutine tuæ prius, stupendum
Rößlere Iatricæ decus palæstræ,
Gratâ gratuler approbatione:
An verò potiùs tuo, Tonanti
Gratas nomine gratias rependam;
Ceu discordibus incitata ventis,
Æquè ceu validis citata ventis,

Per

Per Neptunia clāssis huc & illuc
Latè marmora nutat & renutat:
Mens mi fluctuat huc & huc reclinis.

Nam siue ingenium lubet stupere;
Ipsas credibile est sinu Camænas,
Ipsam credibile est sinu Minervam
Fovisse, Aonio ebrium liquore.

Linguae conspicio aureæ fluentæ?
Vilescit Pylī senecionis

Sæclo non nisi tertio parata
Vati gloria prædicata cæco.

Decursum recolo Scientiarum,
Primo limine floridæ inventæ,

Orbem? desino fabulam putare,
Qua se venditat usq; Pergamenus.
Phœbææ studium recordor artis?

Coi scrinia cuncta deierâro
Compilasse senis, sacrosq; Græcis,
Et Mauris oculos tulisse furtim.

His cūm conspiciam nitere donis,
Virtutē tuæ lubens, stupendum

Rōslere Iatricæ decus palæstræ,
Gratâ gratuler approbatione?

Sed cūm nil vigili labore proſit
Soli continuasse Noctilucam;
Ni sacrâ face cœlitus beârit,
Quem mundi facies tremit triformis,
Par est, ut potiùs tuo, Tonanti.

Gratas

Gratas nomine gratias rependam.

Quid tandem facio? tuo, Tonanti
Gratas nomine gratias rependo:
Virtutiq; tuæ, stupende Rössler,
Gratâ gratulor approbatione.

Festis tempora floribus corona,
Illis tempora floribus corona,
Qui te, qui Hippocratis decent alumnus,
Et mecum tibi gratulare gratus,
Et mecum meritis repende grates
Illi, cui domus unica, vniuersum.
Quo tandem duce scandis hanc Cathedrâ,
Quo tandem duce faucibus severæ
Mortis eripies potente dextrâ
Tot greges aciesq; Virbiorum,
Quot rudes tibi iudimus Phalæcos.

F I N I S.

